ipsos nos. deum uero ex toto corde tota anima
tota uirtute diligere iubemur. Haec enim omnia
si uobis cum assint et superent, non uacuos et sine
fructu uos constituent. Si superent dicit. si ad
usum bella uiciorum potiori uirtute praeualue-
rint. Cui enim non praesto sunt haec. caecus est et manu temp-
tans. Occulus scientiam. manus operationem de-
signat. Caecus autem est et manu temptans. qui scien-
tiam rectae operationis non habens. quicquid sibi
rectum uidetur operatur. et lumen ueritatis ignorans.
quasi manum ad opus quod non uidet extendit. in ingres-
sus. quod non prouidet attollit. Ideoque repente miser
in ruinam perdicionis quam praescire nequibat incidit.
Quapropter fratres magis satagite. ut per bona opera
certam uestram uocationem. et electionem faciatis.
Multi autem sunt uocati. pauci uero electi. Certae